





Vincencii Rauennatis Iuris utriusq; doctoris  
 floride Academiae studii Vittenburgensis  
 in Iure Cesareo ordinarii Oracio pub.  
 lice habita ad felicissimum  
 gloriosissimūq; Principem  
Federicū Saxonie du-  
 cē ac Sacriq; Roma-  
 ni Imperii Electo-  
 rē oīm litterato-  
 rū hac tēpe  
 state unicū  
 portū  
 & A  
 sylū

Vinc. P. L. u. n. i. u. s. i. s. p. u. b. l. i. c. i.  
I. n. l. i. t. t. e. r. a. t. u. r. a. m. a. u. t. h. o. r. i. t. a. t. e.  
I. n. l. u. c. C. e. l. a. r. e. o. r. d. i. n. i. s. Q. u. i. b. u. s.  
I. t. e. m. h. a. b. i. t. u. s. e. s. t. a. b. l. i. t. u. s.  
A. u. t. h. o. r. i. t. a. t. e. J. o. h. a. n. n. e. s.  
F. e. d. e. r. i. c. i. S. a. x. o. n. i. c. i.  
I. n. l. i. t. t. e. r. a. t. u. r. a. m. a. u. t. h. o. r. i. t. a. t. e.  
I. n. l. u. c. C. e. l. a. r. e. o. r. d. i. n. i. s. Q. u. i. b. u. s.

in hac  
liberaria

1717  
1818

Nihil equidē mea sentētia Princeps Christianis/  
sime uosq; ceteri cuiuscūq; ordinis uiri ornatissi/  
mi / nihil inq; equidē mea sentētia tam necessariū  
tāq; exoptabile mortalibus esse arbitror qm ipsa  
eloquētia / qua qui p̄diti sunt clarissimoz; hominū egregias  
uirtutes : preclaraq; facinora extollere atq; illustrare copiose  
nouerūt. Ego uero cū i p̄sentia id i hoc tā amplissimo cetu  
agere deberē / nō satis intelligo quo pacto id ip̄m recte cōsi  
cere possim / cū nulla uel parua in me dicendi sit exercitatio  
lōgeq; magis uereor q̄ sperē / ne tue amplitudini Princeps  
humanissime hodierna die nō satisfaciā / Tue enim uirtutes  
singulares sunt ac pene diuine / que uel ip̄m eloquētie fontē  
Ciceronē exposcere uideāt / Quāta tu Princeps sapiētissime  
industria & opa curasti effecistiq; ut litteraz; & bonaz; artiū  
studia sub te florērent / plantāq; (ut aiūt) posuisti / uoluistiq;  
sicut celebris hec ciuitas et dignitate & auctoritate ita & lit/  
terario studio ceteras antecelle ret / nullis enī pecuniis / nul  
lis sumptib⁹ in accersendis litteratis parcis / nō tu decus in  
auro & argento / sed in magnis & preclaris uiris positū pu  
tas / Hoc studiū quotidie adauges : componis / foues / & re  
spicis : Itaq; es ad om̄ia circūspectus / ut quāq; publicis pri  
uatiz; negociis to⁹ uidearis intendere Vniuersitatis tñ rez;  
nūq; es imemor : O diuinā hoīs prudentiā ea es industria ut  
nulli ingenio sit cōferenda Nihil uniuersitati negas petitū /  
Doctoribus magnā stautis mercedē ipsosq; ultra stipendia  
publica honorib⁹ & munerib⁹ p̄sequis . O Principē ad glo  
riā & honorē litteratoz; natū : Incredibili tu charitate i studi  
osos oēs i cēderis / idigētib⁹ fers p̄sidiū . Quot tu Princeps mu  
nificētissime ingeniosos adolescētes q̄ egestate p̄mūt i studio &  
nutris & foues : Laudaris a cūctis & iure laudaris q; null⁹ ma  
gnificētior null⁹ liberalior r̄piri q̄at / Rari iueniunt q̄ uirtuti  
afficiāt Hui⁹ mōiq; uiroz; tāta ē nūc iopia ut uix uirt⁹ ip̄a mē  
dicare ut ita dicā uacz : Tātū a maiorib⁹ n̄ris declinauimus :  
qd em̄ p̄ deū imortalē cōmēorē q̄ gēitori facias quē oī facilita  
te oī familiaritate : oī placiditate oī dīq; liberalitate p̄sequis : tāto  
q; i hōore ap̄d te ē & hēēt at n̄ solū cōsultorē tuū sed & dexterū  
qdē oculū appellare cōsueueris : ei⁹q; dicta ueluti Apollinis  
obseruas respōsa : q̄ cū sciret uanitati & errori subiecta ēe oīa

Totum sese humilitati paupertatiq; dedit / que fideliter spe  
rantibus ueram: id est eternam salutem datura existimatur /  
cum sit ita dictum. Beati pauperes spiritu quonia ipforū est  
regnū celorum. Quanq̄ ego nunq̄ illos pauperes dixerim  
quos in fide / iustitia / pietate locupletissimos uidero / quan  
do quis nesciat solere ob id pauperes dici q̄ rebus necessa  
riis egeant / uel uerius illos p̄maxime egere qui uirtutibus  
careant: Tantus est iā hui⁹ tue nouelle Academiae splendor  
tanta claritas / tanta gloria / tantū decus ut neminem om  
nino uel imperitū latere possit / In omni hic doctrinae ge  
nere uiri habentur amplissimi / ut sine iniuria cū omni an  
tiquitate comparari queant / Adsunt inprimis Theologi in  
utramq; uiam eminentissimi qui cū omni hereticorū perfidi  
a manum conserere nō dubitarent: Iureconsulti toto or  
be terrarū celeberrimi qui lucem dant tenebris & ambigua  
soluunt. Physici & fortunati & peritissimi: Philosophi & re  
rum indagatores p̄spicacissimi: Astronomi profundissimi:  
Oratores facundissimi / qui homines in omnē partē uertere  
nouerunt / Poete lepedissimi qui suis diuinis uersibus mor  
tales exornant. Phrygium enim nescio quē fuisse tradit an  
tiquitas ea ui & arte pollentem ut quicquid tetigisset fuluū  
in aurum uerteretur / q̄ cum impossibile omnes fere mor  
tales asserant / Ego profecto facile factu id fuisse contende  
rim. Sunt enim hii poete qui suo aureo carmine dicendiq;  
maiestate aureos homines reddunt in hominumq; conspe  
ctu eos lucere faciūt / Non inficior tamen poetas multa in  
epta & falsa dixisse / poetis id non poetice arti tribuendū est  
Nam & rebus optimis pessime uti aliquos constat / Famo  
sos .n. Theologos hereticos magnos & legim⁹ & uidim⁹ /  
Raro enim magni errores in fide nostra nisi ex magnis uir  
ris prodire / & morales philosophos turpissimis moribus  
non hec arcium sed artibus male uentium culpa est. Aude  
bo dicere si poesis in bonum piumq; ingentiū inciderit usq;  
ad Christi laudem uereq; religionis ornatum euehi potest.  
Sunt preterea hic adolescentes p̄docti ac emendati ut ex ali  
qua Socratis schola profecti uideantur / ex longinquis di  
uersisq; regionibus ad nos quotidie confluūt ut se se bonis

artibus ac disciplinis ornatos efficiant / Incredibile est nunc  
dictu quanta de prestanti hac ciuitate apud exterarum natio-  
nes opinio sit / quanta obseruantia / quantum nomē. Adde quod  
& picturae ars insignis apud te est in pretio Pictorem enim  
quendam Iacobum de Barbaris dictum nomine : qui euo nostro  
uelut alter floret Appelles aere non paruo accersisti / nec dicat  
quispiam quod ars hec singularis inter septem artes non sit an-  
numerata Inter quas nec sacra theologia nec philosophiam omnium  
laudatarum rerum parentem nouimus nominari / Magnū ē inter  
magna esse : sed interdū maius excipitur sic e numero magnorum  
nobilium princeps excipitur / Tu cum Ioanne germano tuo  
principe optimo qui religione castimonia ac integritate nulli  
inter mortales est secundus / Vno consilio / una uoluntate /  
una mente teneris / nosti enim nihil pace & concordia melius  
& diuinius / nihil discordia amarius / nihil perniciosius / ni-  
hil magis imperia conseruat quam consensu regum consensus Idem  
uelle idem sentire idem loqui Odiis autem & discordiis euertuntur  
& concidunt penitus. Omitto quot princeps iste pietissimus  
morti aut exilio destinatus seruauerit qui multo mauult ig-  
noscere quam ex erroribus atque delictis ullam pene uel uindicte rationem  
exigere Maximorum hominum multitudine curia tua est refer-  
tissima / qui ueram uite tue integritatem sanctitatemque testi-  
ficantur Quis enim dii boni silentio preterire posset fortissi-  
mi ac amplissimi ordinis militaris hominem illum uel uerum  
inter homines uirum uel iter uiros deum Henricum de Bunou  
omnium pene diuinarum humanarumque rerum scientia predi-  
ctum / non blandior plane cum eum intueor me sacrarium quod-  
dam sapientie conspiciere arbitror Nihil sibi deesse uidetur  
ad humane uite felicitatem nisi bona corporis ualitudo : sed  
ut ait Sapiens quos deus diligit corripit & castigat / nec con-  
tristabit iustum quicquid acciderit ei : Et diuus Bernardus  
qui in hoc mundo flagellari non merebitur in alio torquebitur.  
Melius est enim agere doloribus ad salutem quam sani remanere ad perditionem  
Mille hominum certe patiuntur corpora morbos  
Siue uelis iuuenes dicere siue senes  
Nec mala sunt medici descripta uolumine cuncta  
Que cupiunt egri suntque negata diu

**Tollere non omnes nouit medicina dolores**

Si tollat miseris torquet at illa prius .  
Omitto eius uite continentiam morū sanctimoniam in litteratoſq; omnes niam dilectionē suū in me amorē cōplector suā in me beniuolentiā deosculor / & diis gratias habeo qui me sibi amico fortunauerint / amico fideli nulla est cōparatio / qui inuenit illū inuenit thesaurū ut diuine attestantur littere / dicere de laudibus quoq; reuerendi patris Cosuini Curie diui Antonii moderatoris architecti ingeniosissimi Huius inclyti nri Gymnasii Cancellarii dignissimi / hominis uirtus me cogit / gaudet / exultat / ac letatur / Hæc alma nra uniuersitas q̄ tam piū / humilem humanū / mitē & castum forrita est cancellariū Qui p̄ uniuersitatis cōmodo honore & incremento noctes p̄sepe ducit insomnes / nullasq; ip̄enas nullos labores subire r̄culat Et ut paucis cū isto splēdido plato agatur liberalis ē / Qui nihil magnificēcius ducit q̄ si om̄es beneficiis & muneribus p̄mereri possit . Videm⁹ em̄ quāta sit hodie nōnullos clericorum tenacitas quāta auaritia / quāta libido quāta supbia / quāta p̄opa qui om̄is liberalitatis cū de patrimonio liberalissimi Iesu Chri uiuant castimonieq; & humilitatis exemplar esse deberēt . Sed redeo unde abii . Sanctimonia & religione plurimū uiges / ut cū Numā Pōpilio recte cōparari possis Orationi frequēter insistis dātes legēs diuine p̄cepta plibenter audis / Qui de deo est ei⁹ uerba libēter audit ut euāgelica tradūt documēta / Sāctissimū tēplum ea magnificētia cōdidisti atq; dotasti ut nihil magnificēcius nihil illustri⁹ unq̄ fuerit In quo innumere sanctos reliquie magna ueneratiōe detinēt . Quas tu nedū Priiceps magnanīe ex uniuersa Europa / sed et cū Asiē tū Africē regionib⁹ ære tuo defern fecisti Castra fulcis diruta edificas noua extruis uicos decoras : ciuitates instauras & uenustas un⁹ ip̄e ab om̄ib⁹ amaris / coleris / obseruatis tueq; glorie celebrietas nimis ac sup̄ nota ē . Quis em̄ ut ita dicā uel unius diei ē peregrin⁹ cui nomē uirt⁹ ac fama tua uite splendor nature benignitas liberalitasq; inotescat : Tuū gloriosū nomen ubiq; ē diffusū uelutq; sol aliquis tēpore nro rutilas . Iustitia es pollentissimus quā sacri poete astreā nominarūt / q̄si inter astra sit posita ut eā ob rem intelligerem⁹ qui itegre iusti



eiā administrauerit eos et astris dominari Hec rem publicā  
scelere flagitiis omniq; crimine purgat. At ubi iustitia nō ser-  
uatur fas omne perimit & diuina hūanaq; iura fedant. Tu ue-  
ro is es Princeps equissime qui hāc singularē uirtutē ueluti  
deā quandā religiosissime colis. Est em Princeps sine iustitia  
sicut femina amissa pudicitia sub te minores cedes / mino-  
ra flagitia Scitū ē illud Platonis oraculū Felices fore res res-  
publicas si eas uel sapientes regerēt uel rectores earū sapien-  
tie studiosi essent: nō te in proscriptorū bonis locupletiorē  
facis Vectigalia nō auges nec in tributi exactiōe alicui es p-  
molestus Inopia laboratib⁹ imunitatē tribuis benemerenti-  
bus honores facultates & p̄mia auges / Ciuitates libertatib⁹  
donas populorū saluti cōsulis Et cū audieris ex tuis subdi-  
tis quēq; cū alio eodē lites habere seu dissidere oīa agis quo  
ad pacē beniuolentiāq; cōponas Sicq; ut q̄i amicitia reuo-  
cant cōiunctiores fiāt Ob hoc maximā tibi oīm beniuolen-  
tiā cōparas nō te cibo aut quieti das q̄ cuiuslibet petitiōi sa-  
tisfacias unicuiq; es facillim⁹ unicuiq; paratissim⁹. Agesila-  
us tñ dicere solit⁹ erat eadē a d̄is et principib⁹ orāda sicut nos  
nulla duplicitate nulla fraude deū circūuenire possum⁹ Ita  
nihil debem⁹ a principib⁹ q̄rere qd̄ nō ex oī pte p̄clarū sit atq;  
iustū Sūt em ut iquit ipi Principes in terris simulacra nature  
aduenas & peregrinos p̄cētis tueris foues atq; defendis De  
ea uero dii boni qua i tuos uteris clemētia & bōitate Nescio  
quo pacto qbus uerbis explicari possit / Nūq; ad penā nisi co-  
actus accedis teq; nō tā seuerū q̄ misericordē haberi gaudes  
Loquaciū & maledicentiū dicta floccipēdis Scis nāq; mag-  
nanimi & māsuēti esse principis nō tā uelle ulcionem q̄ posse  
capere / frequens in ore tuo Cesaris ē sentētia. Magnū uin-  
dicte gen⁹ ignoscere / Tanta est moderatio tua ut ne uerbo  
qdē a te lesūm quēpiā patiaris Omnes hilares omnes cōtēti a  
te discedūt / Anim⁹ ab auaritia abhorret nō te fugit quid no-  
bis scriptū reliquit Cicero. Nihil deteri⁹ auaritia p̄sertim in  
principib⁹ & rem publicā gubernantibus Tantū uero ab ira  
& omni animi p̄turbatiōe abes / ut nihil min⁹ i te possit au-  
diri / nō te ocio aut desidiē dedis Omnis uita tua plena ē &  
cōferta honestatis / Nā p̄ desidiā & turpitudinē uitā agere /  
omni morte tetti⁹ arbitraris / Omnia more maiorū / omnia iure

Omnia legibus eque & iuste factitas / detrahentibus uel susur-  
ronibus qui magna sepe subuerterunt / aures non facile p̄-  
bes imo tu pmagnum semp hoc stultitie fundamentū esse  
racus es / aliis oblatrare & generis huiusmōi bipedes quidē  
leuissimos / ex quo em̄ odio liuoreq; sese insinuat uehemen-  
ter odisti / a quib⁹ & animū alienū habes quo ip̄i a ueritate  
pauci sunt ut iqt Hieronymus qui huic uitio renūcient Tan-  
raq; libido huius mali mentes hoīm iuasit ut etiā q̄ p̄cul ab  
aliis uiciis recesserit / i istud tñ quasi i extraneū laqueū dia-  
boli icidant In te iocūda pollens iauditaq; ē eloquētia cōsi-  
lio & prudentia oībus astas utilis / quāobrē pmulti Princi-  
pes & igenio & idustria tua psepe utunt̄ Qui & si plurimū  
cōsiliū atq; sapientie possideant Tamē si tua uestigia seq̄uo-  
luerit nūq̄ aberrare poterūt Iurisiurandi uincula strictē ob-  
seruas / uteris cōstanter sentētia greca quā perypateticorū  
primus Aristoteles in usu habuit amicū Socratē amicū Pla-  
tonē / at uiro bono ueritatē fore magis amicā Pauperum &  
egentiū es salus / miserorū refugiū / calamitosorū solamen &  
auxiliū. Hec bona te ad Christi presepe conducent / qa rali-  
bus officiis diuina miseratio excitari solet Huncq; deus inspi-  
cit / hunc retinet / hūc eternis muneribus p̄ sua pietate co-  
ronat. Nōne igitur O doctores & magistri O Poete & Ora-  
tores O baccalarii & studentes O uos omnes deniq; astan-  
tes pmagni & clari uiri Principē hunc tanq̄ numen aliquod  
colendū diligendū obseruandū uenerandumq; censebitis:  
Nōne eius uitā uestrā esse uitā iudicabitis Ego p̄fecto uiri  
optimi hunc Principem unum esse existimo in quē omnis  
uirtutū numeros omnē deniq; sapientiā imortalis deus af-  
fluenti quadā manu congesserit nunc ad carmen me quoq;  
diuertam. Quicquid tñ alma hec tua uniuersitas Princeps  
splendidissime & patrone noster colendissime uel magnū  
in sese uel clarum habet id omne tue clementie & offeri &  
libentissime dedit.

Eiusdem Vincencii Carminē post  
Orationē decantatum:

O decus excelsum germane gloria gentis  
Salve: quem studii tota ceterua colit  
O noue Mecenas cunctis celebrande poetis  
Sub quo nunc tute lingua latina uiget  
Sunt tibi doctores chari cultiq; poetae  
Principis & tanti mittera multa ferunt  
Diuiciis taceo reddis quot honore potentes  
Que facias nobis conspicienda patent  
Tu studiumq; uiris exornas undiq; doctis  
Vix ullum toto clarius orbe uiget  
Quis numeret clari quot sint hac urbe magistri  
Quiq; prosa docti carmine quiq; ualent  
Quid referam quanti hic diuini dogma Platonis  
Et bene Aristotelem nocte dieq; legant  
Sunt quoq; qui Scoti soluunt sublimia magni  
Panditur & diui pagina sacra Thome  
Sunt quoq; qui ualeant cursus cognoscere celi  
Astronamus nobis unus & alter adest.  
Inuenies artis medice precepta docentes  
Atq; sui precium quisq; laboris habet  
Pollichius nobis pene est Podalirius alter  
Qui rapit a nigris corpora uiua rogis  
Quantum etiam sacra senior sit lege peritus  
Norunt qui secum conseruere manus  
Hic quoq; preclaros poteris audire Solones  
Qui sanctas leges & sacra iura docent  
Innumeri hic iuuenes studii retinentur amore  
Vixq; domus cunctos altaq; tecta tenent  
Hic habitant Musae manet hic formosus Apollo  
Sic studium tanto nunc in honore tenes  
Clara tuum supplex germania nomen adorat  
Teq; ducem pueri femina uirq; colunt  
Auri te nunc flexit


Sollicite non tu seruis auaritie  
Auro cuncta capi quis nesciat Omnia & auro  
Vinci / hec diuini uerba fuere uiri  
Eloquioq; refers Marcum / grauitate Catonem  
Traiano & compar integritate manes  
Principe nunc tanto felix Saxonia gaude  
Quo nullus certe clarior ante fuit  
Tu cum fratre tuo tranquilla pace teneris  
Nam semper uotis annuit ille tuis  
Dii tibi dux tribuant a Cesare nomen habere  
Atq; tuum cingat fulua corona caput  
Cuncta tuis faueant semper celestia uotis  
Nec capiti noceat ille uel ille tuo  
Funera post etiam celi claudaris in arce  
Atq; habites summi regna beata dei  
Accipe sydereo que dantur carmina vultu  
Quae referunt cordis nuntia uerba mei  
Immortalis erit si quem cecinere poete  
Pontifices uiuunt carminibusq; duces  
Ingenio siquid ualeo uirtute uel arte  
Omnibus his Princeps utere ad arbitrium .

FINIS

Hermannus Trebelius Isennachus in dul-  
cem Vincencii Rauennatis Musam .

O mihi qm placuit genialis Musa disert  
Doctores / querulae qm mihi fila Lyrae  
Principis Aonio studuit quae carmine mortem  
Pellere : gymnasium dum canit illa nouum  
Viue senem Pylum Vincenti magne Poeta :  
Te duce Pierias Albis inibit aquas .

Impressum in felici Academia Wittenburgensi  
anno ab ortu Christiano M . D . V . decio Kal .  
Maii : Regnante inclyto Frederico Saxonum  
duce pientissimi mo : cui salus & uictoria .



O  
S  
D  
T  
O  
S  
T  
M  
O  
H  
H  
C  
A














...ncencii *Ravennatis* Iuris utriusq; doctoris  
...bride Academiae studii Vittenburgensis  
in Iure Cesareo ordinarii Oracio pub.  
lice habita ad felicissimum  
gloriosissimūq; Principem  
Federicū Saxonie du/  
cēzc. Sacriq; Roma  
ni Imperii Electo  
rē oīm litterato  
rū hac tēpe  
state unicū  
portū  
& A  
sylū